



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Tractatus De Executoribus Vltimarvm Volvntatum duorum
celeberrimorum iurisconsultorum**

Canis, Johannes Jacobus

Constantia, 1593

VD16 ZV 2896

2. Hæres cogi potest adire hæreditatem, à co[m]missario agente nomine legata rioru[m] fraudatorum.
-

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63406](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63406)

videtur in fraudem legatariorum: vt dicit
 decret. Ioannem Frangepanem. de test. & ideo
 sicut heres cogitur ad instantiam fideicommis-
 sarij: vt l. ille à quo §. tempestiuum l. nam
 quod & l. non omnis. & l. cogi. §. generaliter.
 & l. quia poterat. ff. ad Treb. c. Ray. extra de
 testa. sic poterit † cogi à commissario agente 2
 nomine legatariorum fraudatorum: vt lege
 prima & 3. C. si quis omissa causa testamenti
 & lege prima in principio & §. fin. & .l.
 licet. ff. eodem titul. & istam partem vi-
 detur sequi Spe. in. §. nunc verò aliqua. ver.
 quid si heres scriptus, & hoc casu heres scrip-
 tus, qui repudiavit etiam beneficio legis vel re-
 stitu. in integrum, poterit adire, maxime rebus
 in statu suo manentibus: vt. C. de iur. & fac.
 ign. l. 2. & 3. C. de repu. here. l. si. ff. de mino.
 l. quod si minor. §. Scauola. et ff. de his, que in
 frau. cred. l. qui aut §. si seruū. & §. pen. & l.
 ait §. si quide eo ti. secundū unā opi. In † cōtrariū 3
 verò, quod cogi nō possit, facit. l. nec cui C. de iu-
 re deli. l. 3. §. inuito ff. de bō. pos. l. 1. §. deniq. ff.
 de aq. plu. ar. l. fluminū. ff. de dā infe. C. de im-
 pub. et alijs subst. l. 3. C. si quis omis. cau. test. l.

si quis in princi. Sed prima opi. verior est. Nec obstant. iura proximè dicta, quia verum est, quod nō cogitur ab executore propter instantiā sui, sed propter instantiam tertij. Tu verò melius dic, quòd hères rogatus restituere totam hereditatem, saltem in vsus pios potest cogi. sed rogatus restituere partem, non: ut insecunda opinio. sed legatarij vel executorij bene poterunt agere actione utili.

In secunda verò questione, plures etiam sunt
 4 opi. † gl. enim in l. si quis in prin. ff. de leg. 2. videtur tenere, quod non habet actionem: ut l. Lucius. §. Mencia duos filios. ff. ad Tre. & l. filio. §. mater ff. de adi. leg. idem tenuit Gui. de cu. in l. nulli C. de epis. & cle. & Io. An. in addi. Spe. §. nunc aliqua. versi. notandum id est, quia nemo potest agere ex testamento, nisi cui debetur: ut ff. de regu. iur. l. nemo alieno. sed executori non debetur legatum: quia est nudus minister, & non habet mandatum à legatorio, cui debetur. Item, quia nullus agit, nisi qui habet adminiculum iuris, quales sunt tutores, curatores & executores ad pias causas: ut ff. de
 neg.